

Alte Drucke

Quinti horatij || Flacci epistola||ru[m] Liber. || ... ||

Horatius Flaccus, Quintus

Liptzk, [ca. 1507]

VD16 ZV 30550

Quinti Horatij Flarti Epistolarum liber Secundus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149752

Liber Secundus

Cum tibi sol tepidus plures admouerit aures:
Ne libertino natum patre et in tenui re:
Maiores pennas nido extendisse loqueris:
Ut quantum generi demas / virtutibus abbas:
Ne primis urbis belli placuisse domiq;
Corporis exigui precanum solibus aptum:
Trasci celerem tamen ut placabilis essem.
Sote meum si quis te percontabitur eum:
Ne quater vndenos sciat implerisse decembres
Collegam Lepidum quo duxit Lollius anno.

Quinti Horatii Flacci Epistola
tolarū liber Secundus. Epistola prima ad Augustū

¶ Vm tot sustineas et tanta negotia solus
Res italias armis tueris moribus omnes.
Legibus emendes incommoda publica: peccata
Si longo sermone morier tua tempora cesar.
Romulus et Liber pater et cum Castore Pollux

Epistolarum.

Post ingentia facta deorum in templa recepti:
Dum terras hominumq; colunt genus aspera bella
Componunt agros assignant oppida condunt:
Plorauere suis non respondere fauorem
Speratum meritis, diram qui contudit hydiam
Notaq; fatali portenta labore subegit
Comperit inuidiam supremo fine domari.
Vrit enim fulgore suo qui pergrauat artes
Intra se positas, extinctus amabitur idem.
Presenti tibi maturos largimur honores:
Jurandasq; tuum per nomen ponimus aras.
Nil orturū alias nil ortum tale fatentes.
Sed tunc hic populus sapiens et iustus in vno
Te nostris ducibus te gratijs anteferendo:
Cetera nequaquā simili ratione modoq;
Estimat, et nisi que terris semota suisq;
Temporibus defuncta videt, fastidit et odit.

Liber Secundus

Sic fautor veterum vt tabulas peccare vetantes
Quas bisquinq; viri sanxere ⁊ fœdera regum
Vel Sabijs vel cum rigidis equata Sabinis
Pontificum libros annosa volumina vatunt
Dictitet Albano musas in monte locutas.
Si quia grecorū sunt antiquissima queq;
Scripta vel optima romani pensantur eadem
Scriptores trutina non est quod multa loquamur
Nil intra est oleam nil extra est in nuce duri.
Venimus ad summū fortune pingimus atq;
Psallimus et luctamur achinis doctius vinctis.
Si meliora dies vt vina poemata reddit:
Scire velim chartis precium quotus arroget aunos
Scriptor ab hinc annos centū qui decedit inter
Perfectos veteresq; referri debet an inter
Viles atq; novos: excludat iurgia finis.
Est vetus atq; probus centū qui perficit annos

Epistolarum.

Quid: qui deperit minor vno mense vel anno
Inter quos referendus erit: veteres ne poetas
An quos et presens et postera respuit etas:
Iste quidem veteres interponetur honeste
Qui vel mense breui vel toto est iunior anno.
Vtro: promisso caudeq; pilos ut equine
Paulatim vello et demo vnum demo etiam vni
Dum cadet elusus ratione ruentis acerui:
Qui rebit ad fastos et virtute estimat annis
Miraturq; nihil nisi quod libitina sacranit.
Ennius et sapiens et fortis et alter homerus
Ut critici dicunt leniter curare videtur
Quo promissa cadant et somnia pithagora.
Tenuius in manibus non est et mentibus heret
Pene recens: adeo sanctum est vetus omne poema
Ambigitur quociens vter vtro sit prior. aufert
Pacuvius docti famam senis. Actius alti.

Liber Secundus

Dicitur Afrani toga conuenisse Menandrio.
Plautus ad exemplar siculi properare Epicharmi.
Vincere Cecilius grauitate Terentius arte.
Hos ediscit: et hos arcto stipata theatro
Spectat roma potens: habet hos numeratq; poetas
Ad nostrum tempus Lini scriptoris ab eis.
Interdum vulgus rectum videt: est ubi peccat
Si veteres ita miratur: laudatq; poetas
Ut nihil anteferat: nihil illis comparet. etas
Si quedam nimis antique si pleraq; dure
Dicere credit eos: ignare multa fatetur
Et sapit: et mecū facit et ioue iudicat equo.
Non equidē insector: delendaq; carmina Lini
Esse reor: memini que plagosum mihi paruo
Oribilium dictare sed emendata videri.
Pulcraq; et exactis minimum distantia miro.
Inter que verbum emicuit si forte decorum: et

Epistolarum.

Si versus paulo concinnior vnus et alter:
Iniuste totum ducit venditq; poema.
Indignor quicquā reprehendi. non quia crasse
Compositum illepidere putetur: sed quia nuper.
Nec veniā antiquis: sed honorē et premia posci.
Recte nec ne credum floresq; perambulet Acci
Sabula si dubitem clament perijisse pudorem
Cuncti pene patres ea cum reprehendere coner
Que grauis Esopus que doctus Roscius egit
Vel quia nil rectum nisi quod placuit sibi dicunt:
Vel quia turpe putant parere minoribus et que
Imberbes didicere senes perbenda fateri.
Jam saliare Numme carmen qui laudat et illud
Quod mecum ignorat solus vult scire videri.
Ingenijs non ille fauet plauditq; sepulchris.
Vostre sed impugnat nos nostraq; liuidus obit.
Quod si tam grecis nouitas inuisa fuisset

Liber Secundus

Si tamen attentas quereris super hoc etiam q̃
Expeccata tibi non mittam carmina mendax.
Luculli miles collecta viatica multis
Erumnis lassus dum noctu fertit ad assem
Perbiderat: post hoc vehemens lupus / ⁊ sibi ⁊ hosti
Iratu pariter ieiunis dentibus acer
Presidium regale loco deiecit ut aiunt:
Summe munito et multarum diuite rerum.
Clarus ob id factum bonis ornatur honestis:
Accipit et bis dena super sestertia nummū.
Sorte sub hoc tempus castellum euertere pietor
Nescio quod cupiens hortari cepit eundem
Verbis que timido quoq; possent addere mentē.
I bone quo virtus tua te vocat i pede fausto
Grandia laturus meritum premia. quid stas?
Post hec ille catus quantū vis rusticus ibi
Ibit eo quo vis / qui sonam perdidit inquit.

Rome nutrir i mibi contigit atq; doceri
Iratu graijs quātum nocuisset Achilles.
Adiacere bone paulo plus artis Athene
Scilicet ut possem curuo dinoscere rectum:
Atq; inter siluas achedemi querere verum.
Dura sed amouere loco me tempora grato
Civilisq; rudem belli tulit effus in arma
Cesaris Augusti non responsura lacertis.
Vnde simul primū me dimisere philippi
Decisis humilem pennis-inopem atq; patemi
Et laris et fundi.paupertas impulit audax
Ut versus facerem.sed q non desit habentem
Que potuerunt vnquam satis expurgare cicute
Vt melius dormire putem quam scribere versus.
Singula de nobis anni prebantur euntes:
Eripuere iocos-venerem-conuiuia-ludum:
Tendunt extorquere poemata.quid facias vis:
Deniq; non omnes eadem mirantur ama atq;

Liber Secundus

Carminē tu gaudēs: hic delectatur iambis:

Ille bionēis sermonibus et sale nigro.

Tres mihi conuiue prope dissentire videntur

poscentes vario multum diuersa palato.

Quid dem: quid non dem: rennis tu: quod iubet alter

Quod petis id sane est inuisum acidūq; duobus.

Prieter cetera me Rōmē ne poemata censes

Scribere posse inter tot curas totq; labores:

Hic sponsū vocat: hic auditum scripta: relictis

Omnibus officijs: cubat hic in colle quirini:

Hic extremo in auentino: visendus uterq;

Intervalla vides humane commoda. verum

Pure sunt platee: nihil ut meditantibus obstat.

Sestinat calidus mulis genulisq; redemptor.

Torquet nunc lapidem nunc ingens machina tignū.

Tristia robustis luctantur funera plaustris.

Hac rabiosa fugit canis: hac lustralenta ruit sus.

h ij

Inunc et versus tecum meditare canoros.
Scriptorū chorus omnis amat nemus et fugit vibem
Rite cliens Bachi somno gaudentis et umbra.
Tu me inter strepitus nocturnos atq; diurnos
Vis canere: et contracta sequi vestigia vatum:
Ingenium sibi quod vacuas desumpsit Athenas
Et studijs annos septem dedit: insenuitq;
Libris et curis: statua taciturnius erit.
Plerumq; et risu populum quatit. hic ego rerum
Fluctibus in medijs et tempestatibus urbis
Verba lyre motura sonum connectere dignus
Frater erat Rome consulti rhetor: ut alter
Alterius sermone meros audiret honores
Gracchus ut hic illi foret: hic ut Mutius illi.
Qui minus argutos verat furo: iste poetas:
Carmina compono. hic elegos miserabile visu
Celatumq; nouem musis opus. aspice primum
Quanto cū fastu quanto cū molimine circū

Liber Secundus

Spectemus vacuum romanis vatibus edem.
Nunc etiam si forte vacas sequere et procul audi
Quid ferat et quare sibi nectat uterque coronam.
Cedimur et totidem plagis consumimus hostem.
Lento Samnites ad lumina prima duello
Discedo Alcens puncto illius ille meo quis
Quis nisi Callimachus si plus adposcere visus
Sit Nymnermus et optius cognomine crescit.
Multa fero ut placem genus irritabile vatis
Cum scribo et supplex populi suffragia capto:
Idem finitis studiis et mente recepta
Obturem patulas impune legentibus aures.
Ridentur mala qui componunt carmina. verum
Gaudent scribentes et se venerantur et vlcro
Si taceas laudant quicquid scripsere beati.
At qui legitimus cupiet fecisse poema:
Cum tabulis animus censoris sumet honesti.

H. iij

Audebit quaecumq; parū splendoris habebunt
Et sine pondere erunt et honore indigna ferentur
Verba mouere loco: quamuis inuita recedant:
Et versentur adhuc inter penetralia Vestæ.
Obscurata diu populo bonus eruet atq;
Proferet in lucem speciosa vocabula rerum:
Que piscis memorata Cathombus atq; Cethegis
Nunc situs informis premit et deserta vetustas:
Asciscet noua que genitor produxerit usus
Vehemens et liquidus puroq; simillimus ammi
Sundet opes latiumq; beabit diuite lingua.
Luxuriantia compestet: nimis aspera sano
Lenabit cultus: virtute carentia tollet.
Audientis speciem dabit et torquetur ut qui
Nunc satyrū nunc agrestem cyclopa mouetur.
Pretulerim scriptor delirus inersq; videri:
Dum mea delectant mala me vel deniq; fallant:
Quam sapere et ringi fuit haud ignobilis argis

Liber Secundus

Qui se credebat miros audire tragedos
In vacuo letus sessor plausorq; theatro:
Cetera qui vite seruaret munia recto
More bonus sane vicinus amabilis hospes:
Comis in vxorem posset qui ignoscere seruis:
Et signo leso non insanire lagene:
Posset qui rupē et puteū vitare patentem.
Hic ubi cognatorū opibus curisq; relictus
Expulit helleboro morbum bilemque meraco
Et reddit ad sese Pol me occidistis amici
Non seruastis ait cui sic extorta voluptas
Et demptus per vim mentis gratissimus error:
Ulimum sapere est abiectis utile nugis
Et tempestiuum pueris concedere ludū.
Ac non verbosa sequi fidibus modulanda latinis:
Sed vere numerosq; modosq; ediscere vite.
Quo circa mecum loquor hec tacitusq; recordor

Si tibi nulla sitim finiret copia lymphæ
Narrares medicis q̃ quanto plura parasti
Tanto plura cupis: nulli ne faterier audes:
Si vulnus tibi monstrata radice vel herba
Non fieret lenius: fugeres radice vel herba
Proficiente nihil curarier: audieras cui
Rem dñi donarent illi decedere prauam
Stulticiã et cū sis nihilo sapientior: ex quo
Plenior es: tamen vteris monitoribus ijsdem:
At si diuitie prudentẽ reddere possent
Si timidũ cupidũq; minus te nemp̃ ruberes
Vineret in terris te si quis auarior: vno.
Si propriũ est: quod quis libra mercatur et æ
Quedam si credis consultis: m̃cipat vsus
Qui te pascit ager tuus est: et villicus orbi
Cum segetes occat: tibi mox frumenta daturus
Te dominũ sentit: da nũmos accipis vnam:
Pullos qua cadum temeti: nemp̃ modo isto

Liber Secundus

Paulatim mercaris agrū fortasse trecentis
Aut etiā supia nummorum milibus emptū.
Quid refert vinas numerato nuper an olim?
Emptor Aricini quondā Veientis et arui
Emptum cenat olus quāvis aliter putat emptis
Sub noctē gelidā lignis calefactat ahenum.
Sed vocat usq; suū qua populus affita certis
Limitibus vicina refugit iurgia tanquā
Sit propriū quicquā puncto quod mobilis hore
Tunc prece nunc precio nunc vi nunc morte suprema
Permutat dominos et cedit in altera iura.
Sic quia perpetuus nulli datur vsus et heres
Heredē alterius velut vnda superuenit vnda.
Quid vici prosunt aut horrea: quidue calabris
Saltibus adiecti Lucani si metit orcus
Grandia cū parvis non exorabilis auro.
Gemmae marmor: ebur tyrrhena sigilla tabellas:

Argentum vestes getulo murice tinctas
Sunt qui non habeant est qui non curat habere.
Cur alter fratrum cessare et ludere et vngi
preferat Herodis palmetis pinguibus: alter
Dines et importunus ad umbram lucis ab ortu
Siluestrem flammis et ferra mitiget agrum
Scit genius natale comes qui temperat astrum
Nature deus humane mortalis in unum
Quodque caput vultu mutabilis albus et ater.
Utat et ex modico quantum res poscet aceruo
Tollam nec metuam quid de me iudicet heres
Quod non plura datis inuenerit: et tamen idem
Scire volam quantum simplex hilarisque nepoti
Discrepet: et quantum discordet parcus auarus.
Distat enim spargas tua prodigus: an neque sumptus
Inuitus facias: neque plura parare labores.
Ac potius puer ut festis quinquatribus olim
Exiguo gratoque fructu tempore raptim

pauperies-immunda procul domus absit. ego utrum

Clauē ferar magna an parua ferar vnus et idem.

Non agimur tumidis velis aquilone secundo:

Non tamen aduersis etatem ducimus austris.

Viribus-ingenio-specie-virtute-loco-re:

Extremi primorū-extremis vsq; priores.

Non es auarus:abi. quid cetera: iam simul isto

Cum vitio fuge. rite caret tibi pectus inani

Ambitione: caret mortis formidine-et ira:

Somnia-terrores magicos-miracula-sagas:

Nocturnos lemures-pontētaq; thessala rides:

Natales grate numeras-ignoscis amicis:

Lenior et melior sis accedente senecta.

Quid te exempta iuuat spinis de pluribus vna:

Viuere si recte nescis-decede peritis.

Lusisti satis-edisti satis atq; bibisti:

Tempus abire tibi est-ne potum largius equo

Rideat et pulset lasciuia decentius etas.

Impressum Lipsiæ per Melchior Lotter.